

*postquam se et alios aqua benedicta asper-  
serit, ad Altare Ssmi. Sacramenti progre-  
diens? Resp. Negative ad tramites Caere-  
monialis Episcoporum. S. R. C. 18 Augusti  
1877, Angren., 1.*

17. Va en seguida á visitar el Altar del Santísimo Sacramento, donde habrá un reclinatorio preparado y seis velas encendidas en el Altar. Allí, *genuflexus super pulvino, aut genuflexorio ibi parato, orabit; sed ante dictam genuflexionem, genuflectet prius in plano solo absque pulvino; et similiter, cum voluerit discedere ab oratione, ob reverentiam sanctissimi Corporis Christi: mox accedet ante altare majus, ubi pariter post profundam cruci inclinationem, genuflexus orabit.* Caeremon. Ep., Lib. 1, Cap. 15, n. 5.

18. El Obispo, después de haber orado un poco, se levanta, y habiendo saludado á la Cruz, sube al trono acompañado del Presbítero y Diáconos Asistentes, siguiéndole el Caudatario, que sostiene la extremidad posterior de la capa. Los demás Cánónigos van á tomar los ornamentos.

19. Dos Acólitos retiran el reclinatorio del medio, y lo ponen cerca de la credencia, ó en otro lugar á propósito.

### CAPÍTULO III

DE LA ENTRADA DEL OBISPO EN LA IGLESIA  
HASTA EL PRINCIPIO DE LA MISA

20. Para mayor satisfacción de nuestros lectores, hemos creído muy del caso poner aquí el texto del Ceremonial de Obispos, lib. 2, cap. 8, al cual añadiremos, por vía de nota, los convenientes comentarios y decretos de la S. Congregación de Ritos.

21. «1. Quo ordine, quove comitatu Episcopus ad Ecclesiam, sive pro Vesperis, sive pro Missa, aliisque officiis accedere debeat, superius explicatum fuit. Nunc videnda sunt ea, quae ad Missam solemnem, ipso Episcopo celebrante, spectant; explicaturi postmodum suis locis in singulis festivitatibus, si quid addendum, minuendum, vel immutandum erit.

22. «2. Jam diximus valde convenire, atque antiquae Ecclesiasticae disciplinae consonum esse, ut in Ecclesiis Cathedralibus locus aliquis, si sacellum non adsit, ab antiquis secretarium appellatum, deputetur, ad quem Episcopus solemniter celebraturus Missam, postquam sua cappa indutus, ingressus fuerit ecclesiam, sacrasque preces ad altare sanctissimi Sacramenti tantum, et non ad altare majus effuderit, cum suis Canonice, et choro, conveniat.

23. «3. Qui locus praeparatus, ornatusque esse debet altari decenti cum Cruce, et

candelabris, ac cereis accensis, super quo erunt reposita sacra Missalia, indumenta pro Episcopo, suo ordine. Aderunt etiam ibi sedes pro Episcopo versus cornu dextrum, vel sinistrum altaris pro situatione, et commoditate loci, et sedilia pro Canonicis, et aliis circumcirca (1).

24. «4. In eum locum ingressus Episcopus, factaque reverentia Cruci super altari praedicto existenti, orabit (2), ac inde se debet aliquantulum super dicta sede, sibi praeparata, donec Canonici extra illum locum capiant sacra indumenta, remanentibus duobus Diaconis assistentibus apud Episcopum, dum alii parantur, qui et ipsi postea accipiunt paramenta (3).

(1) *Archiepiscopi non possunt uti chirotecis quum ad Ecclesiam accedunt vel ab ea recedunt ante et post Missam pontificalem.* S. R. C. 6 Sept. 1895, *Sancti Jacobi de Chile*, 1.

(2) El Maestro de Ceremonias extiende los lados de la capa magna sobre el reclinatorio. El Diácono y Subdiácono, después de haber orado, van á la Sacristía, con los demás Canónigos, á tomar sus ornamentos, excepto el manipulo. Los Diáconos Asistentes se quedan en el trono á los lados del Obispo, y luego con el debido orden van los Canónigos al Coro y el Diácono y Subdiácono revestidos á su asiento, habiendo hecho la inclinación correspondiente al Altar y al Obispo. Schöber, loc. cit., cap. 2, n. 5; Heuvel, *Offic. Assist. in Mis. Pontif.*, pág. 25, n. 2, et pág. 32, n. 2 (Tilburgi, 1896), y otros.

(3) Con los Diáconos Asistentes se queda también en el trono el Presbítero Asistente, como lo dice claramente el Ceremonial, lib. 1, cap. 7, n. 3, aunque aquí no hace mención de él.

25. «5. Quibus paratis, atque in eundem locum ingressis, cum debitis reverentiis altari, et Episcopo, ac apud eorum sedilia stantibus, Episcopus surgit, et stans, capite detecto versus altare (1), dicet secreto

*Ubi Praebendae non sunt distinctae*, como sucede en España, *Episcopo, sive solemniter celebret, sive Divinis tantum praesens sit, pro Presbytero assistente inservire debet dignior de Capitulo*, esto es, el Deán, *juxta dispositionem Caeremonialis, lib. 1, cap. 7 et 8.* S. R. C. 22 Decemb. 1632, *Monopolitana*; et 22 Sept. 1827, *Bugellen.*, 1.

*Ipsa prima Dignitas debet quoque esse Presbyter assistens, quando Episcopus benedicit candelas, cineres, palmas, etc.* S. R. C. 22 Sept. 1827, *Bugellen.*, 2.

*Si adsit consuetudo immemorabilis, ut non prima, sed alia Dignitas, pro Presbytero assistente Episcopo assistat, servanda est.* S. R. C. 23 Apr. 1607, *Montis Regalis*.

*Quando Praebendae non sunt distinctae, duo Diaconi assistentes apud solium Episcopi erunt primae duae Dignitates immediate sequentes post primam.* S. R. C. 4 Sept. 1745, *Pernambucen*, 3; et 23 Sept. 1837, *Burgi S. Domnini*, 1.

*In sedendo tam asistentes, quam Diaconus et Subdiaconus ita se gerant, ut se inferiores ministros Episcopi, non pares ac aequales ostendant.* S. R. C. 16 Mart. 1591, *Oscen.* 15.—*Sedere debent eodem plano, si locus sit capax.* S. R. C. 8 Februarii 1631, *Castellaneten.*, n. 560.

*Presbyter assistens Episcopo in solio non potest uti vice scabelli, sede camerali, vel simpliciter lignea, corio cooperta, etiamsi immemorabilis sit hujusmodi consuetudo.* S. R. C. 17 Sept. 1822, *Dubiorum*, 3 et 4.—*Permittitur scabellum ligneum depictum vel aliqua pulchra forma fabrefactum, dummodo sit nudum et nullo panno coopertum.* S. R. C. 23 Mart. 1592, *Hispalen.*, 7.

(1) En la novísima Colección auténtica háñse supri-

totum *Pater noster* et *Ave, Maria*. Tum faciens sibi crucis signum a fronte ad pectus, ea forma, quae superius expressa fuit, altiori voce incipit horam Tertiam, dicens *Deus, in adiutorium, etc.*, Choro prosequente *Domine, ad adjuvandum, etc.*, et Hymnum *Nunc sancte nobis Spiritus* (1), cui organum intermisceri poterit, secundum regulam in capite XXVIII, § VIII, lib. 1, de organo, et organista traditam (2).

mido los dos decretos in *Ragusina*, 3 Jun. 1662 y 4 Aug. 1663. En el primero se resolvía que los Canónigos no debían recibir ni entregar el bonete al Obispo; *sed per Cappellanum hujusmodi implenda esse*. Mas, habiendo reclamado el Arzobispo, y pesadas las razones por él mismo aducidas, la S. Congregación decidió en el segundo decreto arriba citado: *Teneri assistentes accipere biretum de manu Archiepiscopi cappa induti, et reddere eidem Archiepiscopo*.

En vista de esto parece que lo más acertado será atenerse á la costumbre, la cual en algunas Iglesias es de que el segundo Diácono Asistente reciba el bonete, y lo entregue el primero, como se practica respecto de la mitra. Schober, art. 13, cap. unic., n. 2. dice: *Primus Diaconus de manu Episcopi semper accipit (biretum) et secundus reddit*.

(1) Aunque algunos autores sostienen que el Obispo debe entonar el himno, no advirtiéndolo aquí el Ceremonial, han de entonarlo los Cantores, como dicen muy bien Schober, loc. cit., n. 7; De Hertd, *Prax. Pontif.*, tom. 2, nn. 76 et 123; Haze, *Prax. inserv. Offic. Pont.*, art. III, n. 4, y otros.

(2) *In Missa Pontificali ab Episcopo Dioecesano celebrata debet semper praemitti cantus Horae Tertiae, et si desit secretarium, in quo id fieri possit, praedicta Hora cantanda est eodem in loco, in quo cantatur*

26. «6. Quo Hymno finito, cantor dicit Antiphonam, atque incoepo Psalmo *Legem pone mihi, Domine etc.*, Episcopus sedebit (1), sedentibus etiam Canonicis, exceptis his, qui Episcopo ministraturi sunt; chorus autem prosequetur Psalmos.

27. «7. Tunc minister de libro serviens, cotta indutus, una cum altero candelam accensam tenente, accedent cum libro ante Episcopum, qui poterunt esse aliqui ex suis Capellanis (2); et qui de libro serviet, genuflexus manebit, dum Episcopus legit sedens. Episcopus vero sedens, legit Antiphonam *Ne reminiscaris etc.*, et Psalmos consuetos (3), duobus Canonicis sibi a lateribus assistentibus, qui debent per totam Missam deservire, alternatim respondentibus. Interim Subdiaconum cantaturus Epistolam, qui simul cum Diacono Evangelium cantaturo (4), ac aliis Canonicis erit

*Missae: omitti tamen debet in hoc casu processio*, S. R. C. 20 Aug. 1870, *Casalen*, 1.

(1) Cubriéndose luego con el bonete. Véase la nota al n. 25.

(2) Los Ministros del libro, de la palmatoria, del báculo y de la mitra, *si adsit consuetudo, induantur pluvialibus*. *Caerem*, lib. 1, cap. 11, n. 1.

(3) El Presbítero y Diácono Asistentes estarán en pie, alternando los salmos con el Obispo (*Caerem*, lib. 1, cap. 7, n. 3), sin solideo. S. R. C. 10 Jan. 1693, *Nicien.*, 3 et 4.

(4) *Diaconus Evangelii et Subdiaconus pro Epistola in Missa pontificali inservientes, quando tale onus inter omnes per vices, vel alias, juxta Ecclesiae consuetudinem non sit, erunt alii duo digniores, sive Canonici,*

jam Subdiaconalibus paramentis indutus, dempto manipulo, ut in *cap. IX. § I. cap. XI. § II. lib. I. de eorum Officio* dicitur, afferet ex credentia super bacili sandalia, et caligas, manibus vero coopertis (1), alio velo cooperta, ambabus manibus elevata, ante Episcopum, illaque, adjuvantibus duobus Episcopi scutiferis, qui ad abacum solent assistere, genuflexus induit primo in dextero, deinde in sinistro pede Episcopi, detractis prius per scutiferum ordinariis calceis: eodemque tempore sex vel octo acolythi cum cottis genuflexi, fimbrias cappae circumcirca elevant, et dilatant, cooperiendo dictum Subdiaconum, et scutiferos, quo commodius, et decentius Officium suum peragere possint (2).

*sive Dignitates fuerint, qui sequuntur in ordine post assistentes Canonicos in Solio; item ac supra dictum est, si nulla intercedat Ordinum vel Praebendarum distinctio.* S. R. C. 4 Sept. 1745, *Pernambucen.*, 3. En cuanto al Presbítero y Diáconos Asistentes, véanse las notas al n. 24.

(1) *Caligae proprie non sunt textiles, sed ejusdem materiae ac caetera paramenta.* De Herdt, *Prax. Pont.*, lib. 2, cap. 8, n. 77.—No es digno de aprobarse el que el Subdiácono lleve para esto el velo humeral. Los velos, que aquí exige el Ceremonial, son uno para cubrir las manos (no los hombros), y otro que cubre las sandalias. Cfr. Martinucci, lib. 5, cap. 9, n. 41; Schober, art. IX, cap. 2, n. 8, nota; Le Vasseur *Fonctions Pontif.*, tom. 1, part. 3, sec. 1, cap. 1, art. 3, n. 23, nota.

(2) *Cum Episcopus paramenta sacra pro Pontificalibus assumit, Subdiaconus nunquam Emum. induit caligis et sandaliis, sed hoc officium committit cubiculario. Hinc quaeritur: An haec consuetudo sustineatur?*

28. «8. Quibus expeditis, Subdiaconus, et scutiferi praedicti recedunt ad loca sua (1). Acolythi, aptatis in gyrum cappae Pontificalis fimbriis, ad altare redeunt, ut praesto sint pro paramentis, Episcopo deferendis. Episcopus prosequitur lectionem Psalmorum, quibus dictis usque ad *Kyrie eleison etc.*, surgens, detecto capite (2), versus

*Resp. Affirmative; dummodo Subdiaconus, qui caligas et sandalia defert, assistat.* S. R. C. 18 Mart. 1899, *Alatrina*, 2.

(1) El Subdiácono hará inclinación profunda al Obispo y al Altar, si es Canónigo, de lo contrario, genuflexión con la rodilla derecha, volviendo á su lugar en el escaño. Los pajes, antes de retirarse á su lugar, harán genuflexión, así como también la harán los que no son Canónigos, al pasar por delante del Altar y del Obispo. *Caerem.*, lib. 1, cap. 18, n. 3. S. R. C. 4 Maj. 1613, *Oscen.*, et 9 Maj. 1857, *Dinien.*—*Reverentia per genuflexionem non debetur Episcopo extraneo.* S. R. C. 12 Sept. 1857, *Molinen.*, 20.—Aquí es de notar la regla que da el Ceremonial, lib. 1, cap. 18, n. 13, *videlicet, cum aliquis ex Canonicis, vel ministris transeundo ante Celebrantem, altare, et Episcopum, vel aliquem majorem, facturus erit plures reverentias, non inspicitur, cui prius, vel postea reverentia exhibeatur, sed tantum commoditas gradientis; puta si ille discedit a Celebrante, iturus ad Episcopum, et transiturus ante altare, primo faciet reverentiam Celebranti, tum altari, et ultimo loco Episcopo, et pari ratione, si discedit ab Episcopo, iturus ad Celebrantem, primo Episcopo, deinde altari, ante quod transit, ultimo Celebranti reverentiam faciet. Et breviter reverentia fieri debet semper primo ei, a quo disceditur, et ultimo ei, ad quem itur, nullo habitu respectu, quis eorum sit major.*

(2) El Obispo entrega el bonete (véase la nota al n. 25), y dice, *manibus junctis*, el *Kyrie eleison* y demás con los Asistentes. Cfr. Schober, art. 9, cap. 2, n. 9.

altare, dicit orationes. Chorus autem ad-moneatur, ut Psalmos Tertia lente prose- quatur, interposito etiam, si opus videbi- tur, post quemlibet Psalmum organi soni- tu, ita ut eodem tempore illos perficiat, quo Episcopus suos Psalmos cum suis Versiculis legerit, et paratus fuerit, ut infra.

29. «9. Lectis Psalmis, et orationibus usque ad orationem, quae pro lotionem ma- nuum dicitur exclusive, Episcopus, depo- sita cappa, incipit legere, vel memoriter dicere orationes, quae pro paramentis in- duendis ordinatae sunt, dicendo singulas orationes ad singula paramenta, cum illis induitur: excepta oratione, quae dicitur ad manipulum, quae statim post alias dicenda erit, cum dici non possit eo tempore, quo accipit manipulum.

30. «10. Cum Episcopus exiit cap- pam (1), dicit orationem *Exue me Domi- ne etc.*, dicta per eundem oratione *Da Domine etc.*, pro lotionem manuum, extra- ctisque ei per assistentes Diaconos annulis, lavat manus: et tunc laici tantum, et cleri- ci omnes, praeter Canonicos, et Praelatos debent genuflectere, nisi adesset Legatus, aut alter dignior Episcopo, quo casu non debet permittere, ut genuflectant (2).

(1) Ayudándole los Diáconos Asistentes, como dice Schober, ó tan sólo los familiares, según De Herdt. El Camarero ó Caudatario llevará la capa al lugar conve- niente.

(2) El Obispo se lava las manos estando sentado y

31. «11. Cum vero sumitur aqua ex aba- co pro lotionem manuum Episcopi ab aliquo nobili viro, poterit fieri praegustatio illius a ministris, vel scutiferis illam suggerenti- bus, ut in *cap. XI, § XI, lib. 1*, dictum fuit. Sed si ipsi portantes aquam non sint ex nobilibus civitatis, sed ex scutiferis, seu fa- miliaribus Episcopi, non utique ea forma portabunt, prout dicti nobiles, sed dextera manū urceum cum aqua, sinistra vero lan- cem, et cum fuerint ante Episcopum, genu- flexi, infundunt pauculum aquae super la- bio ipsius lancis, eamque, praesente Episco- po, degustant, tum aquam, supposita lance, super manus Episcopi infundunt: Presbyter autem assistens porriget Episcopo mantile ad tergendum manus; quibus tersis, repo- nuntur ei annuli (1) ab eodem Presbytero

cubierto con el bonete, como enseñan Schober, loc. cit., n. 10 (a), Hazé, loc. cit., n. 7, con otros autores.

(1) El Presbítero Asistente al entregar la toalla, la ex- tiende, y besa la mano derecha del Obispo. De Herdt, tom. 2, n. 124; Schober, loc. cit., n. 13.—Los anillos de que habla en este número y el anterior el Ceremonial, no han de confundirse con el anillo pontifical, que debe ponerse después de todos los ornamentos. *Id non vide- tur*, dice Martinucci, lib. 5, cap. 9, n. 50, *intelligendum esse de annulo pontificali, secus Caeremoniale pugna- ret iis quae tradit inferius. Quare existimamus in- telligendum esse de aliis annulis quibus utebantur antiquitus ad ornatum.* De consiguiente, si el Obispo llevase tan solo el anillo pontifical, no se lo pondría ahora, sino que se llevaría al Altar para ponérselo des- pués de los ornamentos: *An Episcopus in solemnibus cantibus Horae Tertiae etiam annulum Pontificale gestare de-*